

optamus, ut vestra diligentia resarciatur, quod festina-
tione à nostris aut humana infirmitate peccatum est.
Quod si Ecclesia Palatinatus suum iudicium de quinq. illis
articulis nobiscum communicaret, et sententiam fer-
rent de his controversiis ex quo et solido scripto, multos
confirmarent in veritate, sed vos consilium in arena
capietis. D. Doctor dignabitur meis verbis salutare. D.
Abrah. Kullertum, cui opto, ut Medullam Patrum possit
pertere. Uterq. vapulaty hic in Hollandia, sed
ipsi maledicent, et Deus benedicet vobis et vestris, ita
voveo et mecum Ecclesia Hollandia. Vale Reverende
et doctissime Dne Doctor. Inq. Iesus sanctis tuis la-
boribz ampliter benedicat. Nordraei 1612. die 21. Junij

138.

Clar. Johanni Jacobo Gryneo David Pareus
Salutem. Diu nihil abs te accepi, Reverende Pater Gry-
neo, non recto tamen te meo fatigare: venit ad vir-
um Georgius Pauli Dantiscanus S. Theologiae Candidatus
qui sexennium in nostra Academia non sine laude
contribuit, regendo et Collegium Casimirianum et Ma-
thematica publice profitendo. Et cum à Patronis
Dantiscanis nunc revocetur, et prius Ecclesias Hel-
veticas atq. Sabaudias visitare cupiat, tua quoq.
limina pulsabit, quae ut benevolè ipsi pateant, amari-
ter oro. Cetera ex ipso cognosces. Vale diu vir
Reverende, Ecclesia et nobis. Salutat te D. Reutery
papa salus meus. Heideb. 22. Sept. 1612.

139.

An. Johanni Brantio Rectori Scholae Wesatensis
D. Pareus Salutem.

Superiores meas una cum spongiola adversus maledictum hy-
peraspisten Ludsenii ex nundinis te accepisse spero.
offentaculij prope Francofurtum audio exusam tu-
multuarie, nec sine mendis. Non est dignus prolixiore
responso. Exempla hic desiderantur. Scripsi igitur
Francofurtum, ut si qua sunt reliqua, huc mittat
distrahenda. Sin autem, curabo hic recudium auctari
Electoralis